



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 175. Papæ diploma pro Pragensi Archiepiscopatu a Rochisana petitum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)



## §. CLXXIV.

Sæcul. XV.  
A.C.1448.*Legatus Rochisanam sibi demereri  
conatus.*

Legatus hac Bohemorum pertinacia compulsus, ipsum Rochisanam adiit, ut illum sibi arctiori amicitia devinceret, tandemque animum ejus ad suas partes pertraheret. Rochisana primo Legati votis plurimum concessisse videbatur, attamen propriæ suæ utilitatis studio longe fortius, quam credebatur, tractum fuisse, eventus docuit.

## §. CLXXV.

*Papæ diploma a Rochisana pro Pra-  
gensis Archiepiscopatu petatum.*

Rochisana omnibus modis Legato persuadere conabatur, se plus ceteris laborasse, ut Hussitæ cum Basileensi Synodo unirentur, suamque navatam operam usque adeo Sigismundo Imperatori probatam fuisse, ut illi in tam insignis obsequii præmium Pragensis Ecclesiæ Prælaturam polliceretur, ac propterea Sede illa Archiepiscopali vacante, ut ad eam ipse eveheretur, a Cæsare in Curia Romana rem instanter promotam fuisse, nec tunc quicquam obstitisse, minus vero nunc quicquam obesse. His subjunxit,

xit,



Sæcul. XV. xit, se a Catholicis æque ac ab Hussitis  
A.C. 1448. Bohemis unanimi voto Archiepiscopum  
 expeti, statusque Regni pro ipso inter-  
 cessisse, datis jamjam Romam literis, nec  
 unquam eum a summa Sede re ipsa, diser-  
 tisque verbis ab hac dignitate fuisse re-  
 jectum, sed duntaxat de die in diem va-  
 riis prætextibus literas Apostolicas re-  
 tardari; hanc ipsam vero tergiversatio-  
 nem omnium malorum, quæ hucusque  
 evenissent, & quæ imposterum in Bohe-  
 mia timenda essent, causam extitisse,  
 Religionem quoque inde plurimum peri-  
 clitari, eoquod Clerus suo Capite desti-  
 tutus relinqueretur, civesque Pragenses  
 palam comminarentur, si eis alius obtru-  
 deretur Archiepiscopus, se illum in fru-  
 sta discerpturos; idcirco suum id esse  
 petitum, ut fides ab Imperatore Sigis-  
 mundo data exsolveretur, hacque sub le-  
 ge nec aliter se Pontifici obedientiam  
 polliciturum, si autem Sedes Apostolica  
 Rochisanam Archiepiscopali munere in-  
 dignum judicaret, nec se a Papa jure adi-  
 gendum fore, ut ea, quæ dignitatis hujus  
 præcipua essent, munia adimpleat, nimi-  
 rum ut sanctitatis suæ mandata in pri-  
 ma Bohemiæ Diœcesi exequenda curaret.

## §. CLXXVI.

*Legati responsum ad Rochisanam.*

Legatus hoc sermone nonnihil con-  
 terri-